

46.  
Paserne Nobis Fabeas Gratia Supremi!

ΓΝΩΣΤΟΛΟΓΙΚΩΝ

SEU

DISCURSUS ACADEMICUS,

**OBJECTUM CO-  
GNITIONIS HUMANÆ,**

Leviter adumbrans,

Opusculum,

Suffragio Ampl. Ordinis Philosophici  
Almæ ad Auram Academiz, horis coniunctis

P R E S I D E,

V I R O A M P L I S S I M O,

**DN. M. PETRO HAHN**

Scientiae Nat. Professore Ord. Regio,  
Præceptor & Promotor jugiter de-  
venerando.

Dextre καὶ εὐλικερῶς Φιλοσόφου  
Modeste fuisse

**PETRUS FROLANDER,**

GOTHOBURGO - SVECUS.

Ad diem 9 Maii in Auditorio Maximo,  
Anni currentis MDCXCII.

---

ABOÆ, Exc, apud Joh. WALLIUM.

19. *Phragmites australis* C. Nees var. *australis*

卷之三

三

行将结束时，即在1935年1月8日

QAHIG CO.

卷之三

وَالْمُؤْمِنُونَ الْمُؤْمِنَاتُ وَالْمُؤْمِنُونَ الْمُؤْمِنَاتُ

Journal of Health Politics, Policy and Law, Vol. 30, No. 4, December 2005  
DOI 10.1215/03616878-30-4 © 2005 by The University of Chicago

Digitized by Google

## CHAPTER 13

中華書局影印

卷之三

卷之三十一

In  
Juvenem Eruditione & Modestia per.  
infignam ac verè Eximum,,  
D.N. PETRUM FROLANDRUM  
West Gothum,  
de Objecto Cognitionis humanae ner-  
vose & industrie disputantem,,  
Exīgēμα.

**M**os est hyblæis apibus sua sugere  
mella  
**M** Floribus è variis, inferere atque  
favis.  
Per campos igitur volitant examine  
denso  
Floriferos, nectar suetile quando le-  
gunt,,  
Non aliter FROLANDER agit, flos ipse  
Minervæ,  
Terræ è fœcundâ qvi quoqve no-  
men habet.  
Hic divæ Sophiæ spatiofa vireta pera-  
grans,  
Et

Et pariter flores mel qvoq; dulce  
refert.

Namq; patet gyris qvà omnis natura  
rerortis,

Notitiæ succos Palladis arte petit.  
Hinc *Objecsa* simul scrutando *Cognitionis*  
*Humane*, ingenii dotibus inde cluit.

Admiramur apum solertia dona, sed  
ultrà

FROLANDER tendit viribus ingenii.

Hoc apibus natura dedit, qvod pange-  
re mella

Atq; favos possint, usq; benigna satis:  
Noſter ac ex studiis indefessoque la-  
bore

Impiger has artes hauserat ipſe ſuas.  
Sicut apes etiam gratos in corporiſ uſus,  
Viſibi congenitā, mellificare ſolent:  
Sed nectar qværenſ animæ hic, ſpectatiuſ  
omen.

Tantò majoris laudis & artis habet.

L. Mg. ſcripſit

PETRUS LAURÆCCHIUS,  
S.S. Theol. Doct. & Professor  
Ordinarius.

VIRO-JUVENI,

*Virtutum optimarumque Artium Assi-  
statori multo studiosissimo,*

DN. PETRO FROLANDRO,

WESTRO-GOTHO.

*De Objecto Cognitionis Humanae, ingeniosē  
differenti, Amicē & Commiliti jugiter  
emendo :*

**N**on intrare queunt intellectum immediate  
Res, ideo species formantur ut ordine pul-  
Res à re possit distingvi, *Essentia pacto (chro-*  
*Qvo, qvovis differt a defectu adveniente,*  
*et Natura modis à, qvomodo sit removenda?*  
debent & ratione bona *Generalia scindi*  
a cunctis illis qvæ sunt *specialia dicta.*  
*Singula qvò recte hanc, abstractio danda,*  
*Qde non formalis rasio, inquisitio verum(ma-*  
*st̄ rei; conceperat deinceps, Phrenosma, Noē-*  
*ac idea, tibi rerum discrimina monstrant.*  
Pusius hæc regis discursu, clare FROLANDER,  
Subtili, qvem scripisti conamini multo.  
Proinde lubens, cœptis in tantis gratiolor! atq;  
Opto, tibi cedant eusus rumore secundo!  
Aboꝝ pridiè Nonas

Aprilis A. 1692.

*Honoris & Amititia causa  
subiectaria quamvis opera  
gravabatur*

**SIMON ZALPO/**  
Met. & Log. Prof. Ord.



HUJUS  
EXERCITII ACADEMICI AR-  
GUMENTUM,

B. L.

**S**icutque artibus operaturus liberalibus,  
dum considerat quantum homini na-  
tura bestiis antecellit, objectum egdi-  
dem, quantumcumque poterit, rite cognoscere  
studet, ut tantudem, ne cum scepticis in  
omni dubitet vita, dignitas quicunque declara-  
ta, siquidem certa eorum, que nobis dicuntur  
objecta, tam utilis tamque necessaria est co-  
gnitio, quoniam insignis fit temeritas perceptioni  
assertionem praecurrere, irritus labor & fusi-  
lia festinatio. Ratio enim excellentiae suae mo-  
menta exonerare desiderat. Quid ergo queso-  
tot exercuerat secula, maceraverat viros &  
defatigaverat ingenia, preterquam inquit in  
utique objectorum attenta? hinc eruditorum

habes B. L. divortia, hinc labores, & hinc  
vandem sudores eminuerunt; nam quisque  
quo ingeniosior, eo videri voluit solertior, pe-  
netratus in abstrusorum camera, ut alio-  
quando veritatis effoderetur unio, quem pri-  
vimi per sensuum recti species decepti neuti-  
quam invenire posserant. Voluit itaq; jucun-  
ditas & monuit necessitas, quam statuit hanc  
difficilem materiam publice subjiciendam ces-  
sare utilitas, ut specimen foret ingenii & acie-  
boticula, preparans mentem ad percipientias  
acutissimorum de hac re sententias. Dis-  
cursus in tria distributus est membra; quo-  
rum primum cognoscendi potentiam post  
lapsum Adamiticum nobis superesse afferit, li-  
ces multum extenuata sit, ut si comparetur,  
cam cum Dei, quam deinceps Angelorum co-  
gnitione, nulla quasi esset, idque maxime pri-  
oris eminentiae respectu, postquam suo subiecto  
primibus sic adaptata viguit Creatorum di-  
gnitas distincta, & nunc maximum desperita  
comploratur, ut quantumvis virium & operis  
impendatur, ad amissum cognoscendi festigium  
non ascendunt connata sciendi principia,  
quamvis indies succrescant ejus molimina, res-

qve

que cognoscende, ut aporteat in suo examinetur foro. Quae omnia tb. priores septem indigitant. 8. Et 9. tb. dilatans cognitionem ad Objectum Nominale, quod licet continuo praesens non sit, amplificatum tamen erit ad quoscunque intellectus actus, hosque intelligimus quandoeunque fuerint. Thesis prima Cap. secundi cognitionem intellectus sensuum præfert anima aduersioni, aequali posito Objecto, rationem cognitionis formalem exponit, Et quo feruntur introrsum objecta modo declarat. 2. thes. unionem rei Et intellectus subtilissimam adumbrat. 3. tb. sententiam affirmantium cognitionem, habitudinem duntaxat esse quandam ad Objectum, expungit; Et propterea th: 4. Conceptum suscipit formalem, Objectum quasi dedolantem, ut limatum apparereat. Organa post hanc exonerabunda th: 5 Et 6 examinari monet, ideoq; distinguuntur interna ab externis. Processus itidem attenditur in cognoscendo, per justa decurrentes media, quibus adglutinatas quasdam certitudines adnotantur à tb 7. tb: 8. Considerat intellectus Officia distincta. Quodernum cognoscendi ulteriora remouuntur impedimenta, vult tb: 9,

ur abſtracțio preferatur. Cincernantur cognoscenda, nam unum est veritatis granū, quippe veritas indivisibiliter includitur, sicut & th: enucleat. Dehinc ut cognitionis veritati proprius accedamus conceptum consequentiam in-  
trōspicimus Cap. 3 & confessim supponit th:  
2, conceptus & Objecti convenientiam, sed post  
quam representatio in intellectu erit ad han-  
bitudinem Objecti accommodanda, legatur th: 2,  
qui annexatur th: 3, id & quidem uberior  
continuans, & subtilitatem conceptum ad  
verum minusissima monstrans & nobilis-  
simam rationis operationem seu sermonem in-  
nuens. Normam vero Cognit: in re funda-  
tam esse probari conatur th: 4, licet propter  
difficultatem in nobis percipiendi, mul-  
tum lateat veritas, idcirco in th: 5 diverse  
expenditur respectu. Triplici mentis actu,  
quasi per eribrum, cernitur cognoscibile, ne  
species veri quempiam abducatur, ut delineat  
th: 6. Veniat th: 7 veritatis Theol. & Phi-  
losoph. diversitatem propter fundamentum  
diuersum, non addersum. Quapropter con-  
stitutionis ratione ponitur veritatis mensura,  
Intellectus Divinus, th: 9, sed per appreben-

sonem intellectum nostrum res mensurant.  
Tb: io refellit auctoritatem in verum inqui-  
rendo, ne q̄dis se sententia dicentis consecra-  
tum prius devinciat, q̄dam probatum incla-  
ruerit momentum auctoritatis. Seq̄vitur itaq̄  
beic statim elaboratio enumeratorum bonis  
eq̄videm commendanda, nec tamen propter  
malos recipienda, cum veritas firma viget,  
dum mendaces perimunt virulentos suum ve-  
nenum. Ast B. L. cuius fata felici adau-  
geantur successu, ingenioli hocce depositum  
placide suscipe, Deumq; meum calidos vene-  
rare votis pro f̄davi conatum progressu:

Πέμψον ἐμοὶ Πάτερ ἡρενόθεν σοφίαν καὶ γέ-  
νην,

Εἰς τὸ ἄγνυ ἐμὲ όν περιέχει τὰς σο-  
φίας !!

Σὺν Αἴσα



Σὺν Ἀγαθῷ Θεῷ.

## CAPUT PRIMUM.

### THESIS I.

**M**ateriam hanc arduam pervolvere ausus  
ris apparet omnino, quantum ingenij  
vires deliqvio πρωτόπλάστων conse-  
buerunt quantumque contemplando Supre-  
mi opera mens potest deflorata, quæ culpæ  
conscia, dum siderum altitudinem suspicit &  
maris profunditatem intuerit, lacrymis erro-  
rem insignem largè effasis deplorat, quod ex  
theatro universi amplissimo spectantibus per-  
exigua rerum constat cognitio certa, quam-  
vis, quæ infra scrutari, quæque circa sunt  
rimari, allaboremus; quin etiam, ne dicamus,  
inter sublimia, sed intra subcœlestium circum-  
sunt, quæ admirari contenti sumus.

### THES. II.

DEUM omnia per unicam suam essentiam  
eminenter cognoscere perceperimus, quod cun-  
cta uno, purissimo simplicissimoque actu,

A

abs-

3

absq; specierum intelligibilium ope scientiæq;  
habitu, quo fieri solet transitus ab habitu ad  
actum intelligendi, adeo contemplatur, ut o-  
mnis exulet aberratio, nullaque suspicio se  
infinuare audeat, siquidem intellectus Divinus  
tam exactè terminat res; nam qvæso? qvæ fue-  
rit rerum conq;assatio & omnium turbatio,  
si veritatis Basis & norma vacillaret &  
species intelligibles in creaturis objecta defe-  
runt ad intellectum, sed ipsa perfeccissima Dei  
essentia intellectuonem excvitur, idque emi-  
nentiori modo, quam eloqui unquam su-  
stinemus.

### TH. III.

Huic Angelorum succedit intellectus, cui  
excellenter, quam nobis, intelligendi vis in-  
est, qua ipsi rerum naturam penitus con-  
tinentur rerumque aëris limatus cognoscunt,  
idque propterea, quod materiæ compedibus  
liberi, mere sunt intellectuales, sensus exclu-  
dunt & circa extensionem molis cognoscunt,  
quia modum immaterialitatis sequitur per-  
fector modus cognitionis.

### TH. IV.

Proxime, nobis potentiam cognoscendi  
naturæ strator indidit, qva qvæunque in-  
tellectus in hoc statu coniuncto cognosci-  
bilis

bilia considerat, dum potentiam hanc actus  
inseqvitur, & intellectus noster, quod unquam  
in hac mortalitate cognoscere possit, compre-  
hendit, quæ materies Supremi afflatus hanc  
 $\zeta\eta\tau\eta\sigma\pi$  continuabit; etique hæc cognitio  
humana, quam heic venabimur, distincta, fra-  
gilitatis limitibus determinata & intellectua-  
lis sensuali contradistincta, postquam intellectus  
objecta certius cognoscit, quam sensus, quo-  
rum errores sapientia sæpe corrigit.

## TH. V.

Potentia, quatenus vim cognoscendi tribuit  
intellectui nostro, salutatur principium actus  
completum, dicens intellectum ad quodcumque  
cognoscibile, cuius amoenitas & decor coe-  
citatem mentis dispellendi rerumque natu-  
ram cognoscendi nobis adauget desiderium,  
quod promovet habitus ingenerati, ut iis, per  
novam formandi cognitionem habitus seqvissimi  
parentur, ex quibus licet scire Κοινωνίας ἐργασίας  
πρώτα φύσεως sed ἐπομένως dicta, primosque  
animi conceptus, per modum habitus con-  
natos a missis superesse, adumbrantes Supremū  
aliqvod Numen, cuius beneficio sunt omnia,  
dari, quod coleendum, & dictantes suum cui-  
que tribuendum, honestum experendum &  
inhonestum fugiendum; quapropter mens no-

4

stra nec proorsus cum tabula nuda, nec rasa comparanda venit; habitus enim insunt, qui cognitionem exercitio rationis aqualem præreqvirunt, antequam objectum aliquod distinde cognosci potest. Unde reminiscientia plane nulla viget ignoratorum seu prius haud eductorum.

### TH. VI.

Intellectus leniter & successivo ut a junte, ad cognitionem exquisitam procedit, dum cautis meditationibus potentiam in actum perducit, ut judicio & experientia res innescant; maxime autem hujus progressio adultioribus statim in tenera aetate signis fuisse appareat, dum saepe quoddam per conceptuum impressionem pueris datur rudimentum, quod ratione demum firmata repetitum seriusque expensum, aberrasse deprehenditur; etenim usu subacta non erat tunc temporis ratio, quae absque prævio ratiocinio veris absconsa conglutinaverat & ad externam faciem tantum examinaverat, sensuum, si: venia verbo, ludibria; quare stirpitus eradicandi sunt: erores, qui animum occuparunt aetate nondum adulesc., nec dum subacta ratione, ne in majas discrimen nos conjicant, Rohault C. 1. S. 3, haec inquam, clementia infancie præjudicia sele-

gesecanda circumspete, tantaque cum necesse sitate, ut horum levium p̄æconcepitum expurgatio sit infantia finis, ait ἀναλογικῶς principium accuratæ cognitionis, ob processione, cum id erit statuendum, quod prius ad trutinæ examen collatum est.

Th. VII.

Principiorum omnino cognoscendi memores etiam erimus. Sufficit interna nominalis, quod tutiorem conceptum ad distinctam cognitionem preparant, quamvis in ordine sine dependentiæ ratione p̄æcedant, quapropter nec principia heic locum p̄æprie habent, nisi persimilitudinem, qua concipi mus *Materiale* objecti, prout in ipsa re radicatur, aptumque est in intellectu speciem sui repræsentativam gignere; *formato* vero potentiam actui consociat, dum objectum excutit in operationem, qua intellectus potitur objecto, quod *fundamentaliter* iuxta rem ipsam persistit actusque ope intellectum ingreditur, a quo cognoscibile objectum in se, facultatem effingendi de se in intellectu conceptus habens, sit actu intelligibile, dum is format species intelligibiles, easque in primis intellectui patienti, qui patiens format verbum mentis, quibus tota intellectio absolvitur,

¶  
Mej. Gnost. pag. m, 104 quorum funda-  
menta sunt vel *Constitutivum*, ut Deus; vel  
*Apprehensivum* ut intellectus noster; quod  
enim innotefecit per *revelationis gratiam*,  
scripturæ innititur; quod vero per *Creationem*,  
eruitur ex toto hoc universo; quippe Deus  
omnia cognoscit apertissime, quoniam est  
immutabilis, sed hominibus aspectabile mun-  
di theatrum diligenter contemplandum pro-  
posuit, normamque constituens, ne opinio-  
num varietas imbecillitatem animorum in-  
diverum trahet.

### TH. VIII.

Objectum, ut *participium* est, quod actionem  
terro terminat momento, quapropter nihil  
e. g. est objectum visus, nisi dum videtur,  
omittimus; objectum ut *Nomen* Considera-  
turi, postquam latius acceperum potentia acti-  
vae actionem vel terminat, vel terminare  
potest, quum non omnia intellectus objecta  
simil nobis representantur, (Deus actu o-  
mnia intelligit) quamvis presupponantur ex-  
istere; nec tamen indifferenter se habet in-  
tellectus ad objectum actu existens, & id  
quod est possibile, dum latitat objectum in  
suis causis, seu adhuc non existit, quippe  
causa indirecta & per accidens cognoscuntur,

q̄us ratione per Eatis similitudinem Non ens concipitur, ut per remotionem eorum, q̄ae enti conveniunt; sic privatio non per se, sed per habendum suum cognoscitur, Alsted. Enc. L. 5. Hac itaque objecti relaxatione, circum totius cognoscibilitatis percursum, ut cognitio nostra, quam hic veniamur, non tam dicatur philosophica cognitio stricte sic dicta, quam humana, quoniam homo supernaturale quoque, quantum sublimitas sinit, cognoscit, & prout intellectui humano ad cognoscendum objicitur, excelsum annedit & copulat, nam descendere mens alitur, inquit Cicero, ingeniorumque naturale quasi parvulum, consideratio & contemplatio est, quod cupiditati medetur cognoscendi permulta, quibus ignorantia extrahitur, ingenium ad satus accipiendos preparatur, supplementaque imperfectionis suæ, quoad bene esse, undique cotradit homo.

### TH. IX.

Est itaque apertum, facultatem cognoscendi nobis post lapsum, quamvis obcuratam, superesse, quæ si componeretur cum Deo & Angelorum illustrissima cognitione maxime cœca procumbit, quæ tamen rite cura-

ta diligenterque exculta penetramus in tantam cognitionem, quanta unquam intra limites conditionis nostrae circumspetia contineatur, ducti rerum varietate, moniti mentis praebestiis dignitate, impulsu cognitionis habituallis absentia & accensi sciendi desiderio, ut mens omne dividat cœlum, hoc est, per rationes ideales & ab extra sibi impressas, quocunque intelligat; non consubstantiales diximus, quasi excitaretur intellectus ad contemplandum naturaliter sibi insicas has formas absque ope phantasmatum, dum res duntaxat quocunque modo præsentes sunt, invenerit genitrices intraspicit. Hanc erat etenim questione, quod exquisitor pro ingenii modulo intellectus in cognoscendo informatio hec sequi debet, autem amus, sit igitur eudoxia ipsa.

## CAPUT SECUNDUM.

### THESIS I.

**I**ntellectus cognitione certior nulla est & accuratior, nec potest esse, quum intellectus quatenus refertur ad operationem tam per potentiam remotam, qua omnia Entia intelligibilia, ut adæquatum objectum & quoddam essentiae suæ adventitium recuperare

pere ac cognoscere potest, quam per potentiam, qua facilior est operatio, ut operetur quando vult, ex iteratione intelligibilium habilitate comparata, estque primario ad omnium aliorum praeter se cognitionem apta (intellectus etiam secundus & per species aliarum rerum seipsum cognoscit) quæ ad accidentalem ejus perfectionem hæc, quæ ante hanc operationem in intellectu entitatem non haberunt, haud exigua conferunt, ac tamen ab intellectus essentia excluduntur, quare quoque Intellectus est idoneus ad omnes possibiles actus, quibus quod cognosci potest intellectui jungitur & quoniam cognitio est conjunctio cognoscentis cum cognito, intellectum, nisi mediantibus *conceptibus*, non ingrediuntur res, loquimur ordinario more, nec praeter talis objecti & intellectus concursum, heic apparet unio, etenim molem haud tantam rei capit, nam si rem immediate cognosceret, tum intellectus ne dicam quilibet sensus, rei quantitate expanderetur, qualitate efficeretur, ejus actione ceterisque esse. Eius a semetipso alienaretur; nec innumera individua recipere valeret, nisi *conceptus* formantur, quibus tanquam vehiculo in excellentiorem, objecta gradum sublevantur, &

implicato nexu seu ~~evdēsū~~ intellectus alli-  
gantur, adeo ut deinceps *objectum* duplex for-  
tatur esse, tam in mente, quam in ente;  
atque mens per hoc, quod supervenit, novum  
denominatur, quippe facta duorum unio-  
ne, intellectus & rei intelligibilis, apparent  
imagines rerum foris permanentium, quae  
res, quarum simulacra ferunt, satis perspi-  
cue intus representantur. In sensibus etiam  
aliqvid post receptionem remanet, quod  
objectum per motum aliquando intrasse in  
lumenque esse duplicasse indicat.

## TH. II.

Habebunt igitur objecta hunc pontem:  
quo in intellectum tam placide immigrant,  
ut per inhibitionem coalescent in unum,  
tanquam ex materia & forma, & tum reci-  
piendo stat intellectus loco *Materie*, quapro-  
pter vocari solet *intellectus materialis*; foro  
*matus* vero species impressa declarat, quae  
rem intellectui praesentem sicut denominata-  
tionemque proponit, quia totum auditum  
factum *unum* per unionem subtilissimam &  
spiritalem, quia partes ita conjunguntur ut  
intellectus postmodum dicatur esse res intel-  
lectus, suamque attamen servat naturam,  
resque suam retinet simplicitatem, quamvis  
per

per conditionem intellectus partialibus sese  
conceptibus repræsentet res.

### TH. III.

Sententiam hanc infringere maxime con-  
panitur, qui denegatis conceptibus cogni-  
tionem nil nisi habitudinem quandam & re-  
spectum ad objectum esse prætendunt, sed  
ignorantiam suam temere produci, quoq;  
ain omnem actionem per contactum fieri, recta  
dictitat ratio, atque negat, quod nuda præ-  
sentia ad inducendam manifestissimam obje-  
ctorum cognitionem sit sufficiens, cum re-  
latio nihil nisi externum quoddam  $\pi\varphi\circ\delta\zeta$  h,  
quod propter debilem suam existimatam qua-  
litatem realem nequit producere, sine qua  
intellectio nequaquam fieri potest. Sen-  
sus nec tam præsentiam, quam impressionem  
considerant, & differentes visus objecti pat-  
ter seorsim in diversas fundi oculi partes a-  
gunt, ac eorum actiones hinc transmissæ,  
usque ad eum cerebri locum, qui præci-  
puum est visionis organum, vividiores ap-  
parent & limpidiorum depingunt imaginem;  
qvibus in organum impressio probatur. Vi-  
sus fatigatur multorum radiorum impressione,  
qvos album gignit, sed mitigatur colore vi-  
ridi, quod is non tanto radiorum robore pol-

leat; quare nisi aliqvid præter relationem ex objecto imprimetur, quod esset validum ad filamenta in radicibus oculorum sit, commovenda & imaginem sui insculpendum, esset genitum sua genitrice præstantius, cum *pura relatio* est purum nihil, & sic haberet imago plus entitatis, quam id, quo delineata est, nec relatio facit compositionem, ubi ergo postulata conjunctio cognitioni necessaria? aptitudo quidem cognoscendi ex iteratis cognoscendi actibus conciliatur, quæ potentiam cognoscentem multum facilitat, sed illa per suam promptitudinem, nec relativè potest cognitionem promovere, nisi adaptata promptitudini impressio succurrat.

#### TH IV.

Cognitioni, ut proprius accedamus, accuratæ, removemus concepium objectivum, quæ ἀκυρολόγως concepus vocatur, cum potius sit res ipsa intellectui objecta, & quæ foris manet; quod vero talis sit res intelligibilis, ut possit concipi, conceptus dici voluit, sed dum res cum cognitionis organis intentionaliter conjunguntur, & eorum ideæ subordinantur, species representativæ *Concepsum formalis* decantant, quod ejus beneficio, ipse res quæ leguntur intus qui *Concepens formalis*

Frome

From: Met L. 1. C. 1. §. 5. est species intelligibilis de conceptu objectivo formata, quæ ens idealiter præsens immediate intellectus sufficitur. Aliis, quod sit intelligendi actus, vel notio, non nostrum est disputare, simpliciter autem affirmamus eum potius dici hujus actus problem & veram solutionem quæ intellectum objective indeterminatum per certam formalitatem limitare soleat. Smaragdum e; g; concipe, quatenus est lapis, & tum simulacrum, quod in intellectu delineatur, dum Smaragdus ut lapidem concipis, est *conceptus formalis*; ipse vero Smaragdus, quatenus ut lapis concipitur, *conceptum supplet objectivum*.

### TH. V.

Hic autem *conceptus Formalis*, dum objectivum certis includit limitibus, id exsequitur ministerio organorum, tam internorum, quam externorum, quæ exhibent objecta & distinctæ cognitionis primordia suggerunt. Exemplis obscura dispellantur: Axis opticus pupillæ centra pertransit, ut omnes impressiones in singularem cerebri locum concurrant, legatur th: 3. superius. Tactus sensum tenuissimæ quædam cerebri propriae per totum corpus diffusæ comprobant. Commotiones externi aeris agitati motum in

nervis acausticis excitat, qui nervi a cerebro prodeentes aures subeunt, sonique sensum percipiunt, sapor dignoscitur beneficio nervorum e cerebro traductorum, qui lingvam adeo composuerunt, ut museu*m* fibris ditissimi nomen obtinuerit. Est uia subtilissima corporum odoriferorum in nares allevantur, ubi a fibrillis, cerebri productionibus olfactoriis excipiuntur.

### Th. VI.

Ceterum subintelligi volumus, organa ratione sui officii distincta, si fuerint integræ & liberae; medium & motus convenientes, distantia motionisque mora moderata & anima non aliis considerandis intenta, concepta omnino deferunt ad medium cerebrum seu commune sensorium, ubi sensstiones omnes collectæ inter se distinguuntur & ad phantasiam transmittuntur, quæ exactius dijudicant *Phantasmata* generando, spiritualiores reddit conceptus, quæ dein imagines illustratæ in mentis officinam promoventur, ut ex iis rerum accurata, adæquata & distincta elaboretur notitia.

### Th. VII.

Pace Subtiliæ ingeniorum, hæc expressit genitrix mortua, quæ per seriem quasi ex

th: 5

ch: 5 & 6. in super sequentia continuari adnotatæ  
 1. externos sensus intra organorum penetra-  
 lia perfici, sed aliquid extra cerebri recessum  
 intimum. 2. species intelligibiles a nullo præ-  
 terquam ab intellectu recipi. 3. Intellectum  
 nulli certo addicatum esse organo ad recipi-  
 endum, & propterea omnia, quæ sunt actu  
 intelligibilia cognoscere 4. Nihil esse in in-  
 tellectu, quod prius non fuerit in sensu, non  
 absolute dictum volumus, quasi omnis, quæ  
 cognoscimus prius deberent esse in sensu, sed  
 determinasse, non quatenus innata, sed aequi-  
 sita intelligitur cognitio, quæ etiam vel directe  
 comparatur, dum ipsis rite sensibus habitor,  
 vel per aliud siquidem quædam existunt, quæ  
 aliquando sensibus obveniunt, quædam autem  
 quæ nunquam occurruunt, nisi per effectum, ut  
 DEUS, Angeli & anima; opus enim artificem  
 celebrat. per partes, ut mons suri. per similes  
 sic cognoscitur ovum ex ovo. per oppositum,  
 quia ratione pacem, amicitiam, sanitatem &  
 parentes, quid voluptatis, quidve commodi  
 haberent, carendo magis intelligimus, quam  
 fruendo, vel per fundementum & alium quin  
 enque modum, quo devenire in cognoscen-  
 dorum notitiam.

## TH. VIII.

Qvoniam objectum tanquam per canales attrahit & suscipit intellectus, duplicitate se habet, vel ut *agens*, dum phantasmatum illuminat, ut ibi distincte omnia concipientur, eaque felis gentur, quae expectatae cognitioni responderent probantur; vel ut *patiens*, qui speciem intelligibilem omnibus denudatis imperfectionibus & conditionibus individuantibus phantasmati adhaerentibus productam recipit, quo respectu conjunctio cognitioni procuratur, cum sola receptio cognitionem non absolvit, quae potius in actione consistere putatur, quippe receptio, speculo, acri aliisque multis circa ratiocinium conceditur. Quibus itaque intellectus actionibus abstractionem succedere colligimus, quia res indistincta pro intentione cognoscentis discernitur, & ex quibusdam actu conjunctis unum, ceteris relicta, intellectus apprehendit, veritasque hoc modo eruitur.

## TH. IX.

Conceptus formalis hac abstractione evolutus evoluerat, adeo quavis ut species representativa singularis & ατομικη sit, quae nunquam ad determinatas alias rationes debet distrahi, cum mens confessim indiget alias imma-

imagineibus ad concepiendas separationes eas, quia unius simulaerum non est alterius simulaerum. Conceptus formalis est signum objectivi, si hoc utique necesse sit, ut in representativa convenienter identitate, cum signi ratio, potentia cognoscendi signatum representare jubet. Hisce jam innuimus: 1. abstractione, nos ut medio quodam externo, formaliter rei rationem invenire. 2. quod objectum sit instant puncti, ad eujus unitatem collimat inquisitione. 3. sint ideæ quædam in intellectu, quæ presentis suæ signum ad externum objectum extendunt, proportionatam adequationem facient, seqve objective dependere significant.

### TH. X.

Ad opticorum ductum, quo liquida intermitteant, veritatem confirmabimus, ab his mundando radiaturam, quam segmentavit radios visivorum multitudine, sed ut inter lineas distinctissime sit visio, postulatur, omnes radii ab eodem objecti fundo procedentes, exacte colligantur in idem punctum fundi oculi intuentis, nam axis opticus in objecti alicuius punctum directè definit, quod sui unitatem in fundo delineat oculi, ut is hoc, non aliud recipiat. Quæ subsequi remue satis perspicue: 1. Objectorum conceptus for-

males ita debere ab invicem præscindi, ut nullus eorum alteri formaliter includatur. 2. posse hoc ad illustrationem, quæ 3. th. c. 3. dabimus, merito transferri. 3. Subsidiari intellectus & objecti concussum ad unitatem, negotio phantasmatis, qui confluxus quamvis inferat unionem *Paracelsi*, convenientiam tamen supponit *similitudinem*, dum mens actum formandi elicit ideam alicujus Objecti in se, quæ species cum, quod terminat hunc actum mentis formaliter, *actum formaliter formatus* dici conservit, tum quod veritas cognitionis in indivisiibili consistit, adæquata debet objecto responderem per quendam assimilationem in coniunctione actus intellectus & rei representatae, quod in sequenti capite, idque succinete, siquidem conatus noster latius excurrere recusat, delibamus *ayatō* *μοίρα*.

## CAPUT TERTIUM

### THEMIS I.

**D**ificilia perpetiuntur seq; admodum macerant cogitationis cupidissimi, ut cum maximis curis & laboribus compensent eam, quam sciendi amore ceperunt voluptatem, sacra meditationum propulerunt, conformissem

estem scilicet conceptuum & rerum, quâ veritatis nubes perrumpitur, qum de abstrusa gloriari, nisi velamento remoto, rem cognoscendam penitus introspererit, nemo debet. Objectum enim se habet in statu centri, ad quod omnes collimare debent intellectus actus, nam quæ esset intellectus operatio curiosa? nisi cognoscendo, quod affectamus, obtineatur, intellectus rei conformatus, resque haud aliter quam est, representetur, ut per hanc assimilationem intentionaliter  $\tau\bar{\delta}$ . Objecti esse in intellectu continetur, idque mediantibus conceptibus, quorum conformitas cum re concepta censetur, quoties conceptus præstans officium & facultati intellectus, cujus actu concipiuntur hi conceptus cognitionis adaptant veritatem, quam absolvit congruentia conceptus firmatae cum re concepta.

## TR. II.

Quamobrem maxime metetur observari, dum cognoscendo veritas investigatur, conjunctions actus & objecti representati, ut objectum ita se habeat, uti cognitum est, nam immediate spectatur congruentia intellectus cum objecto, postquam sola representatio non sufficit, quin requiratur, præter connotationem

objecti; talis cognitionis representatio, quæ conjunctam habeat concomitantiam objecti i- ta se habentis sicut per cognitionem repræ- sentatur; quo modo enuntiatio est vera, si rem representet uti est, sive aliter, falsa. Hinc de- nominatur etiam intellectus actus; verus vel *intrinsecus* per representationem ipsius ob- jecti; vel *extrinsecus*, dum convenient representatione & objectum representatum, quod est hujus actus consequens.

## Th. III.

Vic conceptuum veritas cognitionis in in- tellectu depingitur, resque elevatur illuc & cognoscitur cum actu, qualis in sub *esse* de- prehenditur; verum tamen quoniam de una re diversi possunt ex cogitari conceptus & in- tellectus debet cognoscere objectum, prout in se est extra intellectum, effinguntur con- ceptus novi, qui quasi in mucronem ardescant, ut etiam minutissima rerum, secundum con- cipiendorum semen includentium, exborbeant, confer th. 10. c. 2. Ceterum dum aliis, quæ conceperamus, ingerere avemus, utimur o- ratione, quæque oratio, quatenus verum de- signat conceptum, vera pronunciatur.

## Th. IV.

T<sup>o</sup>. IV.

Veritas, qvæ rebus insidet & essentialis est, ad intellectum Divinum mensuratur, cuius cognitio qualis est, tales sunt res ipse, quæ normam veritatis suæ intellectum agnoscunt. Divinum, qui semper immutabilis, participantem mensurat veritatem, resque ideo vera quod sit cum intellectu Divine convenient & habet, qvæ ad essentiam spectant, implicat enim essentiam veritas, adeo ut potius dicendum rem non esse, quam dicere falsam eam esse, qvum quod non est verum, illud ne est quidem, docet Canon Metaph: Necnulla putatur res vera, qvia Deus esse veram eam videt, sed ideo videt Deus rem esse veram, qvam in suo esse res est vera. Nam qvomo<sup>d</sup>do res alias essent omnes veræ, cum omnium cognitione, ne dicam cogitatio, unquam datur, si denegaretur ipsis connata veritas? postquam id quod extra essentiam est, neque si adhuc confert rei veritatem, neque si absit, eandem admittit, hoc quoque probabimus exemplis: in fornace Babylonica verus fuit ignis, sed actus secundus qvievit, nec ideo elephas est brutum, quod aliquis ita dicit, sed propterea, quod is, qui hoc affirmat, verum statuit siquidcm elephas est, revera rationis expre-

Sic igitur hujus nucleus enodasse nobis  
pro temporis ratione sufficere nos arbitra-  
mur, quibus veritas in cognoscendo, instituti  
compendium est.

## TH. V.

Hujus veritatis habitudo Metaphysicis  
dispescitur in relationem essentialem, quia res  
ad intellectum Divinum refertur, cujus boni-  
tate omnes existunt, & accidentalem, quia res  
presupponitur cognoscibilis. Se potest intel-  
lecdum, ut verè cognoscatur, movere; videatur  
Met; From: I. 2. c. 4. Unde satis liquet, quod  
veritas primo sit in rebus ipsis; secundo in  
mente & cognitione, ac denique in signis &  
vocibus aut literis. fundamentaliter & ma-  
terialiter est in re ipso radicata; formaliter v:  
in conceptibus mentis tanquam in imagine;  
ac deum representative in vocibus & lite-  
ris tanquam in signis externis, que ad profes-  
tentis arbitrium secundum objecti alicujus ve-  
rum conceptum, adæquationem rei & intel-  
lectus demonstrat. Anue clariss: res ipsæ  
sunt  $\tau\epsilon\gamma\mu\alpha\tau\epsilon$ , de rebus sunt conceptri,  
 $\rho\eta\mu\alpha\tau\epsilon$ , & cognitio. Voces &  $\rho\eta\mu\alpha\tau\epsilon$  mox  
insequuntur, &  $\gamma\sigma\mu\mu\alpha\tau\epsilon$  claudunt agmen,  
cum ceteris characteribus declaratur, quod erat

in mente conceputum aut ore prolatum. Aggredere Scharf. Met. Disp. 7. §. 73. & Meij. Gnostol.

### THES VI.

Siquidem ita res se habent, veritatem tam per actum apprehensionis, quam judicativum imbibere sagitat mens, ut res & intellectus in representando sunt conformes, qui præciso iudicio sapè quendam componit aue dividit, non ad primè attendendo, an sint composta vel divisa, nec ne, aut iudicium suspendendo, non tamen *σκεψίως*, sed circumspete temerarium iudicium cohibendo, cum sapè verum conceptum subsequatur falsum ratiocinium, quapropter quoniam obiectorum cognitio intricior est, quam ut possit & debeat simplici apprehensione prorsus explicari, ut sequatur evæstī certitudo, pures præcedunt actus intellectus, quorum primus est simplicium terminorum apprehensio, leviter iudicio iuncto & in gradu imperficio rem aliquatenus cognoscens, cui succedit apprehensorum affirmatio vel negatio, καὶ ἐξαγγελία cognitionem veritatis ferens, & caproprie posterior hic actus veritatem clarius exponit, quod prior præ levitate sua compositioni & divisioni locum parare minus curiosus est.

Th.

Quibus observatis haut ignoramus; t.  
quod simplicium imbibitio erit cum suis ob-  
jectis suo leviori modo conformis, dum ju-  
diciu[m] cum hoc actu implicatur, aliae nisi  
hic actus fuerit adaequatus objectis, qui tan-  
quam fund[am]entum conceptus solvatur,  
quemodo reliqui respondebunt actus huic  
superiori? 2. quod secunda mentis ope-  
ratio solidior est & prior in veritate cognos-  
cenda per actus compositionis & divisionis,  
dum judicat objecto cognito, id a parte rei  
competere, quod ipsi in attributione tribuitur  
& rursus id segregari, quod certe in objecto  
attentioni non est destinatum, atque hec, si  
hic actus cum reconcenserit, animum veri-  
tate potissimum imbuit, 3. quod intellectus no-  
ster, non voluntas, praeceps affirmsat consente-  
nca & dissentanea disjungit, quoam scientia  
respectu rei sciens dicitur vel vera vel falsa, ad  
quorum dijudicationem specificatus est intel-  
lectus, dum voluntas maxime bonum respi-  
cit. 4. Acquisitur cognitionis veritatem in-  
tellectus per accidentis fallitur, quando vel sim-  
plificare vel explicare componit ea, quae in re  
non sunt composita, vel dividit, quae non  
sunt divisa, praeterea aut nimia objecti ex-  
cellen-

cellentiā, quæ captum intellectus exceedit, aut entitatis objecti debilitate, aut apparentia veri simulatrice, aut rerum ignorantia, dum de ignorantis judicat intellectus vel fert judicium, antequam objecti cognitionem acceperat, addantur Svarez. disp. 9. Met. Sect. 3. Mej. Gnost. p. Gen. c. 9. Sect. 3. Elencet.

### TM. VIII.

Sublimes præsertim Theologicæ res acumen omnino exluperant ingenii, ut si mens humanae componendo eminenter divisas & dividendo perplexe compitas, in errorem incidet, hoc suæ audaci temeritati debet, quod tam audacter ea, quæ intellectum nimia effuscent dignitate, scrutari aggreditur, qvum iusta semper aderit proportio inter rem & intellectum, quo cognitio habeatur, quare mysteria hæcce non falsa dici merentur, qvamvis aliter sint, quam nos percipere noſcimus, nam in his, quæ sunt supra consuetum naturæ ordinem, notitia naturalis se servam facet, ut & necesse habet; nec mutatur tamen veritas, sive revelationis cognoscitur lumine, cum in Theologia diversus eminet cognoscendi modus, quo adversum a diverso separatur, distinctionesque esse veritates in Theologia & Philoso-

phia, non adversas, firmatur, nam veritas cognitionis Theologica, est ad aquatio notionum mentis cum rebus revelatis, sed Philosophica, est ad aquatio notionum cum rebus lumine mensura cognitū, Calv. Met. c. 5.

## TH. IX.

Jam demum dictat ratio & jubet cognoscendi certitudo mensuram objecti constitutere, quæ, quasi Diogenis lucerna & Polycleti regula in veritatis investigandæ recessus nos perducet, ut in cognoscendo aliquando intellectus measuretur. Constitutionis ratione intellectus Divinus est mensura omnis veritatis, sed ratione apprehensionis & cognitionis humanae, res ipsæ mensurant intellectum nostrum, adeo ut iis intellectus actus respondeant, si objectum ferre voluerint, & eatenus veri sunt, quatenus rei cognitæ habent conformitatem. Propterea non potest intellectus noster esse norma, quod 1. est *flexibilis*, & hanc raro in discernendo, verum a falsis aberrat, quando sepe rem cognoscit sicut potest, non prout res est. 2. *Dependens*, objective autem dependet intellectus a rebus, quæ per imaginem sui se insinuant ipsi, & adhæc observamus, quod aliud sit intellectus, qui de-

pen-

pendet, & aliud res, a qua hac dependet ratione; hinc itaque id, quod dependet, non potest mensurare id, a quo dependet, nam tunc esset, antequam esset. Scientia vocatur eviderit Aristoteli, rerum mensura, non tam  
men *objectiva*, quasi res a scientia normantur, sed *applicativa* prout scientia, quae & ipsa mensura est, res ad intellectum videsis sciebis.  
& Mej. Gnost. Sint itaque res ipsæ cognitio-  
nis nostræ mensura, extrinseca & principalis  
dicta, qua in rebus datur aptitudo quædam  
informandi humanum intellectum in suo es-  
se, cui tam diu debet inhærente, si objectum  
omnino repræsentetur, donec conceptus cum  
rebus fiant omni modo conformes, ac tum  
conseqvitur laudem veritatis cognitæ.

### TH. X.

Coronidis loco, cum consulto festina-  
mus, subiectimus hoc: Nullius auctorati-  
sententiaeque in Philosophicis temere debemus  
accedere, nisi prius perpendentur rationes.  
Indignum est profecto sanæ menti consopiri,  
& obdormiscere levium quorundam cantione,  
~~αὐτῷ οἴηται~~ οἴηται, idcirco sunt haecce proflus vera,  
quasi religiosum esset dictatoris opinionem  
examinare, cum tamen ὅπερ πολέμεον τοῖς  
λόγοις ἀνευ πολέμου λόγοις, & noscere noscere

in philosophicis meditationibus, in alienis  
 scriptis, libro aut litteris, nec fundatur, nec  
 a persona proponente mensuratur, nec verifi-  
 caratur, nam sunt arbitraria signa conceptus  
 scriptoris & auditoris, sed dependet unice ab  
 obiecto, quod persentiat, dixit quondam Scarfus.  
 Sumus enim in philosophico discursu nullius  
 mancipia, datum nobis est, veritatem in ob-  
 scura subtilitatum sylva vigili cura indagare,  
 ingenium exercere & rationem polire, ut ve-  
 ritas demum clarus illucat, primordiaq;  
 parva succrescant, ne videamus in Philosophi-  
 a cunis, nutricis qvā blanditiis lopiti,  
 qviescere. Heic temporis auctoritas silentium  
 imperat, qvamvis materie dignitas amplius,  
 ornatus & sublimius diduci postulet, sed pro-  
 missi memores subsistimus, Benivolium Lecio-  
 rem obnixe rogantes, & qvi bonique consulat,  
 quod hæc ardua, ingeniora tenue, librorum  
 paucitate, supellecillis inanitate aliorumque  
 necessariorum angustia, compeditum tenta-  
 verit; hoc si fecerit, habebit Nominis Sui  
 Æstimatorum certissimum. De cetero, glo-  
 riam Supremo dare moliamur:

Δόξα Θεῷ Μέγῳ ἀιει τῷ Πατέρι Κείσῃ,  
 καὶ Κλέος ἡ Τιῷ, Κινεύματι καὶ Αγιῷ!!!

Ad

Politisimum tam literis quam moribus  
Egregia spei

VIRUM · JUVENEM,

DN. PETRUM FROLANDRUM,

Amicorum meorum principem singulariter  
dilectum, concinne differentem,

SCHEDIASMA:

Miseriarum hujus vallis nimbum, singularium recta rationis cynosuram nesciunt, nullus negabit, introspectatus effarum studiis Musar; DEUS nobis laboribus omnia vendit. Primi enim generis humani parentes dum precepto fibi, ab hujus Universitatis creatori exhibito, principis tenebrarum infernalius, spinosis atrophiis interuenientibus, mortem non geffissent, horribili voce suâ percepserant ambris molefiatum præfigum: insudore vulni sui alimonia sit tibi querenda. Quocirca satis ad ungrem, quinque tantæ integratæ didicit damnum, per sudores, arumnas & calamitates; ah! ergo adversorum cumulos, ab! quantarum acryos eundrum subeat sustineatque omnis, omnium creaturam miserrimus homo, a primi hujus usura lucis momenti, usque dum morte extrellum vite confecerit diem: maxime autem illi desudant, literis qui singulariter diligenter.

riam adhibere annicuntur, quorum numero  
est subcluſuſ hic auctor minime minimus, qui  
novercantur q̄ramvis fortuna deęque lubrica  
ſapiuſ ſape comes fuerit, vix faltus eſt poſſeſſor,  
multis abſque laboribus, ſolicitudinibus &  
Inculcationibus, m̄nia eruditionis, qua ſatis  
apparet quam ſit inſignis, ex hac diſſertatione,  
methodo conuenientiſſima, filo graviſſimo con-  
glutinata. Maſte proporro Tuō in labore,  
Sympatriota dilectiſſime, improbo, eſſiduorum  
adjuvor laborum DEU S T. O. M. Tuis qui e-  
parciens nullo non tempore fuit, abſtine adhuc,  
quicquid deefit, ſuggerere non deſignerunt.  
Perge optatam attingere metam, has ut ad  
Aum̄ Regia Paleſtra literaria Celeberrima,  
Tua laudet pūdia, Patres Academici Prace-  
ptores Vigilantissimi gratulerentur. Commilitos  
nos Populariſq; de Tuis felicibus ſuccesſibus la-  
tentur, nec non omnes Te virum doctū ſalutent.  
I quo virtus Te ducit, i pede ſancto, adjunge  
felicitati Tui ingenii pena honorem, inſignibus  
progreſſibus decorem, nomini encomium merita  
laude dignum. Aleſſimum Numen Tuō inde-  
fesso labore benedictionem addere velit, quo  
in DEI gloriam, Eccleſia ac Reip: commodum,  
Parentis Vidae ſolatum, Agnatorum Cognato-  
rumque deleſtamentum perpeuumq; decus, &  
Tuam tandem ex opacis quiescem, vergat, vo-  
gue, precatuſque

T.

SVENO BRUNBERG.

Pere&xi&mie Dn. RESPONDENS  
Sympatriota & amice per dilecte.

**M**unus animi est, ratione utri ; Dixit  
qvondam Eruditus Romanorum & qui-  
dem satis consideratè ; qvoniam rationem, tan-  
quam patrimonium qvoddam, homini, CONDI-  
TOR eleganter indidit, ut bestiis multum pre-  
staret, infantia refriceretur, ad majora cri-  
geretur, & idoneus ad verum invenien-  
dum, ne res excelfæ admodum ignorarentur,  
quamvis accuratissima omnium rerum cogni-  
tio, in tanta obseuritate, non expectetur. Ra-  
tione liberamur ab erroribus, Deo similes fieri  
videmur, veritatisque unionem invenire sa-  
tagimus. Hujus ductu homines con-  
sociantur, ut, dum cogitata eloquimur, cum  
aliis disceptamus & judicia nostra confirma-  
mus, dispalescat omnino, qua via veritas  
investiganda erit per rationem Cui ergo  
nostrum qviescat ratio, quasi deliciis stulti-  
tiae sopita, qvum ad operationes damnata  
sit ? Quid eqvidem amplum erit, si de-  
negetur rationi suum officium ? Est enim a-  
nimus felicitatis residuæ compendium, inde  
toties sordescit qvoties ratio officium suum non  
exequitur. Qvod & Tu Pere&xi&mie Dn. Sym-  
patriota considerasti, qui statim a teneris im-  
piger fueras in Mularum cursu, & rationem  
ad

ad res difficiles intelligendas non applicuisti  
tamen sed ingenium etiam literarum multe  
diligenter imbutum, Disputatione hac Tua,  
literato declaras orbi. Et quoniam curta su-  
pplex Musarum amorem rescindere neutiquam  
potuit, qvin rationem exerceres & modum co-  
gnoscendi verum, Chartis publicis scriberes,  
scio prorsus Te in suscepis laboribus minimum  
defatigari, ut merito Tui omnes, de Tuo felici  
successu, nobis gratulemur. Decetere  
Deum supplex veneror, velit constitibus Tuis  
benedicere, ut in Nominis sui gloriam, in Reip:  
commodum, Tuzeq; fortunæ honorem beni-  
gnissima fata feliciter conspirent, id voyet

*Tui audiosissimus*  
**BENEDICTUS CEDERBERG.**  
W. Gothus.

*Ad eundem*

**I**ngenii pandis dores FROLANDER acutas,  
Hinc Citharâ nomen Clio resonabit acuta.

*adposuit officiose*  
**NICOLAUS MATHESIUS,**  
O. Bothu.

